



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De clericis scurrilibus. clxxi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

scripturarum diuinarum misceatur. Per hoc enim & aedificatur ad bonum, & fabulae non necessariae prohibentur.

De clericis imtemperatè uiuentibus.

Caput CLXX.

Ex concil. Carthag. cap. 62. **C**lerici inter epulas cantantes, ab officio detrahendi sunt.

De clericis scurrilibus. Cap. CLXXI.

Ex eodem cap. 80. **S**i quis clericus aut monachus uerba scurrilia, iocularia risumque mouentia loquitur, acerrimè corripiatur.

De eadem re. Cap. CLXXII.

Ex eodem cap. 60. **C**lericos scurriles, & uerbis turpibus ioculatores, ab officio detrahendos.

Ex eodem cap. 70. **C**lericus fidei iussor non sit. *Cap. CLXXIII.* Clericus fidei iussionibus inseruiens, abiiciatur.

Ex eodem cap. 44. **C**lericus nec comam nutriat, nec barbam. *Cap. CLXXIII.*

De clericis per creaturam iurantibus.

Caput CLXXV.

Ex eodem cap. 61. **C**lericum per creaturas iurantem, acerrimè obicurgandum. Si perstiterit in uitio, excommunicandum.

De clericis qui adulationibus & proditionibus vacare deprehenduntur.

Cap. CLXXVI.

Ex eodem concil. cap. 56. **C**lericus qui adulationibus & proditionibus vacare deprehenditur degradetur ab officio.

De ordinatis qui solent contra ecclesiastica mandata auribus principis molestiam inferre.

Caput CLXXVII.

Ex concil. Antioch. cap. 11. **S**i quis episcopus aut presbyter, aut quilibet regularis subiectus Ecclesiae, praeter consilium & literas episcoporum prouinciae, & praecipuè metropolitani, ad